

HISTORIA DIPLOMATICA
FRIDERICI SECUNDI

SIVE

CONSTITUTIONES, PRIVILEGIA, MANDATA, INSTRUMENTA QUÆ SUPERSUNT
ISTIUS IMPERATORIS ET FILIORUM EJUS.

ACCEDUNT EPISTOLAE PAPARUM ET DOCUMENTA VARIA.

COLLEGIT, AD FIDEM CHARTARUM ET CODICUM RECENSUIT, JUXTA SERIEM ANNORUM DISPOSUIT
ET NOTIS ILLUSTRAVIT

J.-L.-A. HUILLARD-BRÉHOLLES.

AUSPICIIS ET SUMPTIBUS

H. DE ALBERTIS DE LUYNES,

UNICUS EX ACADEMIAE INSCRIPTIONUM SOCIIS.

TOMUS I.

PARS I.



PARISIIS

EXCUDEBANT PLON FRATRES,

36, VIA DICTA VAUGIRARD.

MDCCCLII. ω

[Apud
S. Germanum,
junio exeunte.]

Innocentius papa apud Sanctum Germanum (1) cum Petro Celandensi et Riccardo Fundano comitibus de succursu regis Friderici statuit et de defensione regni.

(Edit. ap. RICC. DE S. GERMANO, *Chronic. ad ann.*, et in BALUZE, *Epist. Innoc. III*, t. II, p. 202. — *Gest. Innoc. III*, cap. XL, brevius tamen, sed fere sub eisdem verbis.)

Hec est ordinatio quam facimus:

Videlicet ut ipsi comites sint magistri capitanei quibus super iis omnes intendant a Salerno usque Ceperanum, sicut a mari usque ad mare protenditur tractus terre, salvo statuto regio quo Celandus comes est magister justitiarius Apulie ac Terre Laboris, et salvo mandato regio quod factum est comiti Fundano de civitate Neapolitana ut sit specialis rector ipsius, intelligentes hoc quantum ad propria negotia civitatis; sed quantum ad succursum regis et ad defensionem et ad pacem regni omnes communiter intendent hiis duobus. Quicumque ordinationem istam receperint, ad invicem sibi pacem observent, et si quisquam ab aliquo fuerit offensus, non statim reoffendat eundem, sed apud predictos comites querelam deponat qui eam secundum rationem ac regni consuetudinem faciant emendari. Qui autem ordinationem istam recipere noluerint vel recuserint, tanquam hostes publici habeantur et a ceteris impugnentur. Ducenti milites dirigantur in succursum regis usque ad kalendas septembris, moraturi per annum sub illorum expensis a quibus fuerint destinati.

Siciliae, admirans et gaudens, civitatem Soranam et Roccam Sorellae, castrum Arcis et Roccam ipsius, Broccum et Pesclum Solidum, quae omnia eripuerant e manu Conradi, concessit per privilegia praefato Richardo et haeredibus ejus in perpetuum. » *Gest. Innoc. III*, cap. XXXIX; cf. *Anonym. Cassin.*, *Chronic. Foss. Novae*, et *Ricc. de S. Germ.*, ad ann. 1208.

(1) « Eo anno Innocentius papa in vigilia sancti Johannis Baptistae, mense junii, venit ad sanctum Germanum ubi ab ipso abbate magnifice receptus est, et tam ipse quam fratres sui domini cardinales in necessariis omnibus honorifice procurati. Tunc venientes ad ipsum Petrus de Celano et Riccardus Fundanus comites, cum eis, etc. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

Distribuantur autem secundum estimatorum arbitrium quos ad hoc specialiter deputabimus, pensatis debitis servitiis et facultatibus comitum et baronum ac etiam civitatum. Quia vero propter estatis fervorem descendere in Apuliam personaliter non potuimus, statutum istud mandabimus exequendum per legatum nostrum qui est in Apulia, per comitem Jacobum consobrinum et marescalcum nostrum, et per alium quem a nostro latere dirigemus. In omnibus autem reservamus nobis plenam potestatem addendi, minuendi, mutandi et declarandi, prout viderimus expedire.

Fridericus rex Siciliae confirmat concordiam studio Gerardi, sancti Adriani cardinalis et Apostolicae Sedis legati, initam inter Carum archiepiscopum Montis Regalis et capitulum ejusdem loci, condiciones memorat et ab omnibus praecipit observari.

In urbe felici
Panormi,
julio.

(Edit. ap. PIRRUM, *Sicil. sacr.*, t. II, suppl., p. 1198-1199. — Fons vero unde assumatur privilegium non indicatur.)

Fridericus divina favente clementia rex Siciliae, ducatus Apulie, principatus Capuae. Cum regalis nostre discretionis intentio sit omnino in divina dispositione fundata et digno Dei examine felicitatis nostri regiminis moderamina dirigantur, propositi nostri est ad ecclesiarum et locorum venerabilium quietem et commodum diligenter attendere et eorum profectus pie mentis oculis intueri. Licet utique generaliter teneamur omnium ecclesiarum regni nostri indemnitatibus providere, illas tamen specialius et diligentiori proponimus sollicitudine confovere quas liberalitas regia studiosius fundavit et coluit, ditavit affluentius et dotavit, ut opus regium regali tuitione servatum non pereat, sed de bono in melius augeatur. Hac igitur decreti consideratione laudabili considerantes jacturam et dispendium quod ecclesia Montis Regalis, quam munificentia regia pre ceteris regni ecclesiis decoravit, hactenus incurrerat pro discordia que inter Carum venerabilem Montis Regalis archiepiscopum, dilectum familiarem et fide-